## De omnibus Sanctis Coll.

A cunctis nos quæsumus domine mentis et corporis defende periculis: et intercedente Beata et gloriosa semperque Virgine dei genitrice Maria cum Beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, atque Beatis Benedicto et Bernardo, et omnibus Sanctis, salutem nobis tribue benignus et pacem: ut destructis adversitatibus et erroribus universis ecclesia tua secura tibi serviat libertate: Per

## Secreta

Exaudi nos deus salutaris noster, ut per huius virtutem Sacramenti, a cunctis nos mentis et corporis hostibus tuearis; gratiam tribuens in præsenti et gloriam in futuro. Per dominum

## Postcommunio

Mundet et muniat nos quæsumus domine divini sacramenti munus oblatum: et intercedente Beata Virgine dei genitrice Maria, cum Beatis Apostolis tuis, Petro et Paulo, atque Beatis Benedicto et Bernardo et omnibus Sanctis a cunctis nos reddat et perversitatibus expiatos: et adversitatibus expeditos: Per eundem.



TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
Inches
Centimetres
TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19